

Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantiam causam censetur habere.	45	Nemo potest ad impossibile obligari.	31
Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius quam actori.	39	Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.	174
Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet non aliis imputare.	180	Non debet aliquis alterius odio prægravari.	59
Decet concessum a principe beneficium esse mansurum.	49	Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.	137
Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.	168	Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum.	134
Dolo facit, qui petit quod restituere oportet eundem.	135	Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immisceat.	53
Ea, quæ fiunt a iudice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt.	65	Non firmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit.	51
Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet.	76	Non licet actori quod reo licitum non existit.	79
Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri.	142	Non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum.	121
Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare.	91	Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.	141
Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat a quo non potuit inchoari.	163	Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.	55
Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem a se præstitam servare recusat.	156	Odia restringi et favores convenit ampliari.	46
Generi per speciem derogatur.	82	Peccati venia non datur nisi correcto.	30
Ignorantia facti, non juris, excusat.	42	Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum.	28
Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.	97	Pluralis locutio duorum numero est contenta.	96
In alternativis debitoris est electio, et sufficit alterum impleri.	157	Plus semper in se continet quod est minus.	85
In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.	170	Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit.	25
Indultum a jure beneficium non est alicui auferendum.	51	Potest quis per alium quod potest facere per se ipsum.	152
Infamibus portæ non pateant dignitatum.	181	Præsumitur ignorantia ubi scientia non probatur.	111
In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset versimiliter in specie concessurus.	173	Privilegium personale personam sequitur, et extinguitur cum persona.	33
In judiciis non est acceptio personarum habenda.	41	Pro possessore habetur qui dolo desiit possidere.	87
In malis promissis fidem non expedit observari.	154	Quæ a jure communi exorbitant nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.	69
In obscuris minimum est sequendum.	73	Quæ contra jus fiunt debent utique pro infectis haberi.	145
In pari delicto vel causa, potior est conditio possidentis.	147	Qui ad agendum admittitur est ad excipiendum multo magis admittendus.	160
In pœnis benignior est interpretatio facienda.	145	Qui contra jus mercatur bonam fidem præsumitur non habere.	175
In re communi potior est conditio prohibentis.	130	Qui facit per alium est perinde ac si faciat per se ipsum.	125
Inspicimus in obscuris quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.	106	Qui prior est tempore potior est jure.	125
In toto partem non est dubium contineri.	172	Qui sentit onus sentire debet commodum, et e contra.	127
Is, qui tacet, non fatetur: sed nec utique negare videtur.	105	Qui tacet consentire videtur.	102
Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet.	108	Quod alicui gratiose conceditur trahi non debet ab aliis in exemplum.	165
Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura.	113	Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licerebit.	150
Mora sua cuiuslibet est nociva.	63	Quod ob gratiam alicujus conceditur non est in ejus dispendium retorquendum.	139
Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.	80	Quod omnes tangit debet ab omnibus approbati.	71
		Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.	62
		Quod semel placuit amplius displicere non potest.	57

Ratificationem retrotrahi, et mandato non est dubium comparari.	38	Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.	119
Rationi congruit ut succedat in onere qui substituitur in honore.	169	Semel malus semper præsumitur esse malus.	35
Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.	36	Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.	61
Scienti et consentienti non fit injuria, neque dolus.	67	Sine possessione præscriptio non procedit.	27
		Utile non debet per inutile vitiari.	89

INDEX ALPHABETICUS REGULARUM JURIS CIVILIS

Absentia ejus, qui republicæ causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet.	pag. 191	actio competit. Socii mei socius, meus socius non est.	187
Actus legitimi qui recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, servi optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem; nonnunquam tamen actus supra scripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit; quæ, si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.	188	Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam et dolum et culpam: dolum tantum depositum et precarium: dolum et culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ negatio gesta (in his quidem et diligentiam); societas et rerum communio et dolum et culpam recipit: sed hæc ita, nisi, si quid nominatim convenit, vel plus vel minus, in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit; legem enim contractus dedit: excepto eo quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolum præstetur; hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, et ita utimur. Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a nullo præstantur.	186
Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus et curatoribus) obtemperaverint. Semper, qui dolo fecit, quominus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. In contractibus successores ex dolo eorum (quibus successerunt) non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte qua hæres est.	191	Creditor, qui permittit rem vœnire, pignus demittit.	192
Aliud est vendere, aliud vendenti consentire. Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem. Absurdum est plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, quam hæredem, aut ipsum testatorem, si vult.	192	Cujus effectus omnibus prodest, ejus et partes ad omnes pertinent.	191
Alterius circumventio alii non præbet actionem.	188	Cujus est donandi, eidem et vendendi, et concedendi jus est.	192
Bona fides non patitur ut bis idem exigatur.	1b.	Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto datio donatio est.	188
Bona fides tantumdem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est.	191	Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. 1b.	
Consilii non fraudulentum nulla obligatio est: ceterum si dolum et calliditas intercessit, de dolo		Culpa est inmiscere se rei ad se non pertinenti.	187
		Cum amplius solum est quam debebatur, cujus pars non invenitur quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus.	189

- Cum par delictum est dolum, semper conatur petitor, et melior habetur possessionis causa, sicut fit cum de dolo expellitur petitor: neque enim datur talis exceptio petitori: et aut si rei quoque in ea re dolo actum sit. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit. 191
- Cum prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, sufficit, si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti. 190
- Cum principalis causa non consistat, plerumque ne quidem ea, quæ sequuntur, locum habent. 192
- Cum quis possit alienare, poterit et consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam. Ib.
- Cum servo nulla actio est. 189
- Cum tempus in testamento adjicitur, credendum est pro hærede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris gratia temporis adjicitur. 186
- Divus rescripsit eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id quod facere possunt condemnandos. 187
- Domum suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet. 188
- Donari videtur quod nullo jure cogente conceditur. 189
- Ea est natura cavitationis, quam Græci σπερτην (id est acervatim syllogismum) appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur. 188
- Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur. 190
- Ea, quæ in partes dividi non possunt, solida a singulis hæredibus debentur. In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus justius est, quam tutius. 193
- Ea, quæ raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur. 188
- Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perveniunt. 189
- Ejus est non nolle, qui potest velle. 186
- Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen, ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est. 193
- Ex pœnalibus causis non solet in partem de peculio actio dari. 188
- Expressa nocent, non expressa non nocent. 193
- Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet. 191
- Factum a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est. 192
- Factum cuique suum, non adversario, nocere debet. Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, et ordinaria actione experitur. In pœnalibus causis benignius interpretandum est. 191
- Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis

- remotæ sunt: et ideo nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere. 186
- Favorabiliores rei potius quam actores habentur. 190
- Fere in omnibus pœnalibus judiciis et ætati, et imprudentiæ succurritur. 189
- Fere, quibuscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio adquiri, nisi animo et corpore potest: ita nulla amittitur nisi in qua utrumque in contrarium actum. 191
- Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiariis videtur. 189
- Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. Ib.
- Fructus rei est vel pignori dare licere. 188
- Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. 187
- Generaliter, cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non potuerit, considerandum est. 188
- Hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat. Ib.
- Hæreditas nihil aliud est, quam successio in universum jus quod defunctus habuerit. Ib.
- Hoc jure utimur, ut quidquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat. Dejicit, et qui mandat. In maleficio ratiabilitio mandato comparatur. In contractibus, quibus doli præstatio vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur. 191
- Id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferre non potest. 186
- Imaginaria venditio non est pretio accedente. Ib.
- Imperitia culpæ adnumeratur. 190
- Impossibilium nulla obligatio est. 193
- In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est ejus, qui eas protulisset. 189
- In ambiguis, pro dotibus respondere melius est. Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt. Quotiens æquitate desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moderatur, justis decretis res temperanda est. Ib.
- In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed et ipsarum ratio habenda est, ne egeant. Cum verbum restitutus lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. Unicuique sua mora nocet: quod et in duobus reis promittendi observatur. Dolo facit, qui petit quod redditurus est. 192

- In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est ut res salva actori sit. 192
- In eo, quod plus sit, semper inest et minus. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisfactione. Pupillus pati posse non intelligitur. Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. Mulieribus tunc succurrendum est ut defendantur, non ut facilius calumniarentur. 190
- In eo, quod vel is qui petit, vel is a quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris. 187
- In his, quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, servus intervenire non potest. Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, a quo jus in me transit. 192
- In jure civili receptum est, quotiens per eum, cujus interest conditionem non impleri, fiat quominus impleatur, perinde haberi ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem, et legata, et ad hæredum institutiones perducitur: quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quominus stipulator conditioni pareret. 192
- In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui dari possunt, quamvis actum rei non intelligerent; nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia, tutore auctore, agere potest. 186
- In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati. 193
- In obscuris inspicere solet, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet. 190
- In omnibus causis id observatur: ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat: ubi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii. 188
- In omnibus causis pro facto accipitur id in quo per alium moræ sit quominus fiat. 187
- In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentis die debetur. 186
- In omnibus quidem, maxime tamen in jure, æquitas spectanda sit. 189
- In pari causa, possessor potior haberi debet. Hi qui in universum jus succedunt hæredis loco habentur. 190
- In personam servilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum est, ubicumque in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio habendum esse. 186
- In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. Ib.
- In toto et pars continetur. 190
- In toto jure generi per speciem derogatur, et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. 189
- In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera et certa scientia perfici possunt. 188
- Invito beneficium non datur. 188
- Invitus nemo rem cogitur defendere. Cui damus actiones, eidem et exceptionem competere multo magis quis dixerit. Cum quis in alius locum successerit, non est æquum, ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cujus locum successit. Plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. Quod cuique pro eo præstatur, invito non tribuitur. 191
- Is damnus dat qui jubet dare: ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pendet, non est pro eo quasi sit. 192
- Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. 186
- Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt. Ib.
- Jure naturæ æquum est neminem cum alterius detrimento et injuria fieri locupletiorum. 193
- Jus nostrum non patitur eundem in paganis, et testato et intestato decessisse; earumque rerum naturaliter inter se pugnare est testatus et intestatus. 186
- Libertas inestimabilis res est. 189
- Libertas omnibus rebus favorabilior est. 190
- Marcellus: desinit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. 188
- Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest. 190
- Minus est actionem habere quam rem. 193
- Nec ex prætorio, nec ex solemnibus jure, privatorum conventione quidquam immutandum est; quamvis obligationum causæ pactione possint immutari, et ipso jure, et per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos convenit. 187
- Nemo alieno nomine lege agere potest. Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat. 190
- Nemo damnus facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet. 191
- Nemo de domo sua extrahi debet. 189
- Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur. Ib.
- Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post litem contestatam hæredi quoque prospiceretur, et hæres tenetur ex omnibus causis. Ib.
- Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impedit. Quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis experiri debet. 187
- Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstiterit. 192
- Nemo plus commodi hæredi suo relinquit quam ipse habuit. 190
- Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet. 188

- Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cumcumque alterius coercionis ad alium transferre. 188
- Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam. Ib.
- Nemo prædo est, qui pretium numeravit. Locupletior non est factus, qui libertum adquisierit. Cum de lucro duorum quærat, melior est causa possidentis. 190
- Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest. 187
- Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt. 191
- Neque in interdico, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sine non est. 193
- Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest. Privatorum conventio juri publico non derogat. 187
- Neratus consultus an quod beneficium dare se, quasi viventi, Cæsar rescripserat, jam defuncto, dedisse existimaretur? Respondit non videri sibi principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse; quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius æstimationem esse. 193
- Nihil consensui tam contrarium est, qui bonæ fidei judicia sustinet, quam vis atque metus: quem comprobare contra bonos mores est. Non capitur, qui jus publicum sequitur. Non videntur, qui errant, consentire. 190
- Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. Cum principalis causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. Ib.
- Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat an per exceptionem infirmetur. Ib.
- Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito, peti non potest. 191
- Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur. 187
- Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. 190
- Non debet actori licere, quod reo non permittitur. In re obscura melius est favere repetitioni, quam adventitio lucro, 187
- Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. 188
- Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere. 186
- Non defendere videtur, non tantum qui latitat, sed et is, qui presens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem. 188
- Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. Infinita æstimatio est libertatis, et necessitudinis. 192
- Non fraudantur creditores, cum quid non acquiri-
- tur a debitore, sed cum quid de bonis diminuitur. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. 190
- Non omne, quod licet, honestum est. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus. 191
- Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit. 193
- Non potest improbus videri, qui ignorat quantum solvere debeat. 189
- Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit. 194
- Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumque melior. 189
- Non solent quæ abundant vitare scripturas. Ib.
- Non videtur cepisse qui per exceptionem a petitione remouetur. 186
- Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere. 188
- Non videntur data, quæ et tempore quo dantur, accipientis non fiunt. Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet. 192
- Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit. 189
- Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse. 192
- Non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem. 186
- Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est. 189
- Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. 188
- Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest. 189
- Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit. 190
- Nuptias non concubitus, sed consensus facit. 187
- Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio, salvæ permanent. Non videtur perfecte cujusque id esse, quod ex casu auferri potest. 191
- Omnia fere jura hæredum perinde habentur ac si continuo sub tempore mortis hæredes extitissent. 193
- Omnia, quæ ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint. Ib.
- Omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt. 189
- Omnia, quæcumque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediti non possunt. 188
- Omnis definitio in jure civili periculosa est; parum est enim ut non subverti possit. 193
- Omnis hæreditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. Nunquam crescit ex postfacto præteriti delicti æstimatio. 191
- Pœnalia judicia, semel accepta, in hæredes transmitti possunt. 192

- Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo factum sit, quominus possideret, vel haberet. 191
- Plerumque fit ut etiam ea, quæ nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis ut abire possent: et ideo, quod fisco obligamus, et vindicare interdum, et alienare, et servitatem in prædio imponere possumus. 193
- Plus cautionis in re est quam in persona. 186
- Prætor honorum possessorem hæredis loco in omni causa habet. 190
- Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: et ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt. 193
- Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse et furandi, et injuriæ faciendæ. In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio; veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum. 190
- Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. 193
- Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto convalescere non potest. 194
- Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inferuntur, jus commune non lædunt. 189
- Quæ legata, mortuis nobis, ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus: nam et sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiam si libertatis nobis, potestate domini, conditio existat. 186
- Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. 192
- Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus non admittitur. 189
- Quatenus cujus intersit, in facto, non in jure consistit. 186
- Qui auctore judice comparavit, bonæ fidei possessor est. 191
- Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus: hæredi autem hoc imputari non potest. cum non sponte cum legatariis contrahit. Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur. 186
- Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse: ideoque brevi reversa uxor nec divertisse videtur. 187
- Qui dolo desierit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est. 190
- Qui in alterius locum succedunt justam habent causam ignorantia; an id, quod peteretur, deberetur. Fidejussores quoque non minus, quam hæredes justam ignorantiam possunt allegare.
- Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo ageretur: non etiam, si agat: nam plane qui agit, certus esse debet, cum sit in potestate ejus, quando velit, experiri, et ante debet rem diligenter explorare, et tunc ad agendum procedere. 187
- Qui in jus, dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam cur non debeat petere. 192
- Qui in servitute est, usucapere non potest: nam cum possideatur, possidere non videtur. 190
- Qui non facit quod facere debet, videtur facere adversus ea quæ non facit. Et qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere jussus est. Ib.
- Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto hæredes constiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes existunt. 193
- Qui potest facere ut possit conditioni parere, jam posse videtur. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest. 192
- Qui potest invitis alienare, multo magis et ignorantibus, et absentibus potest. 186
- Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. 192
- Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere. 188
- Qui tacet, non utique fatetur; sed tamen verum est eum non negare. 191
- Qui vetante prætore fecit, hic adversus edictum fecisse proprie dicitur. Ejus est actionem denegare qui possit et dare. 189
- Quod a quoquo pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. 187
- Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur: non tamen et jure naturali, quia, quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt. Ib.
- Quod contra rationem juris receptum est non est producendum ad consequentias. Uni duo pro solido hæredes esse non possunt. 191
- Quod evincitur in bonis non est. 193
- Quod initio vitiosum est non potest tractu temporis convalescere. 187
- Quod ipsis qui contraxerunt obstat, et successoribus eorum obstat. 191
- Quod jussu alterius solvitur, pro eo est quasi ipsi solutum esset. 193
- Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere. Ib.
- Quod quis, dum servus est, egit proficere libero facto non potest. 191
- Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. 193
- Quotiens dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit. 186
- Quotiens duplici jure defertur alicui successio, repudiato novo jure, quo ante defertur, supererit vetus. 187
- Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea

- potissimum excipitur, quæ rei gerendæ aptior est. 188
- Quotiens nihil sine captione investigari potest, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis. 193
- Quotiens utriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est cujus in lucrum causa tempore præcedit. 189
- Quo tutela rediit, eo hæreditas pervenit, nisi cum femina hæredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis hæredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset. Vi factum id videtur esse, quæ de re quis, cum prohibetur, fecit clam, quod quisque, cum controversiam haberet, habiturusve se putaret, fecit. Quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt ac si scripta non essent. Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest. 188
- Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione ejusque capit interpretationem. 192
- Regula est, quæ rem quæ est breviter enarrat. Non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, et (ut ait Sabinus) quasi causæ conjectio est, quæ, simul cum in aliquo vitiosa est, perdit officium suum. 185
- Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. 186
- Semper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed et quid honestum sit. 193
- Semper in dubiis benigniora præferenda sunt. 188
- Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. 186
- Semper in stipulationibus, et in cæteris contractibus id sequimur quod actum est, aut si non appareat quid actum est, erit consequens ut id sequamur quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est. 187
- Semper, qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed et si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione. 188
- Semper specialia generalibus insunt. 191
- Servitutem mortalitati fere comparamus. 194
- Servus reipublicæ causa abesse non potest. Ib.
- Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset. 187
- Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis. Ubi autem æquiparant famosa judicia, etsi summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt. 189
- Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere quominus et reus et fidejussor teneantur. Ib.
- Si nemo subiit hæreditatem, omnis vis testamenti solvitur. 193
- Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoverti. 190
- Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse. 193
- Totiens in hæredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex suo. 187
- Ubi cumque causæ cognitio est, ibi prætor desideratur. 189
- Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, et qui sexagesimo et primo die venerit audiendus est: ita enim et imperator Antoninus cum divo patre suo rescripsit. Ib.
- Ubi non voce, sed præsentia, opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo: hic quidem et respondere potest. Furiosus absentis loco est: et ita Pomponius libro primo epistolarum scribit. 190
- Ubi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. 193
- Vani timoris justa excusatio non est. Ib.
- Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini. 186
- Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi ut utilem actionem, aut factum efficere possit. 187

ANIMADVERSIONES ET DOCUMENTA

QUÆ INTER ADNOTATIONES LOCUM NON INVENERUNT

ANIMADVERSIO I.

DE TITULO AD ORDINES REQUISITO.

Auctor noster, lib. I, tit. IX, § 3, n. 70 (vol. II, pag. 448) sic se habet: « Ad ordines minores non requiri titulum tenet communis doctorum sententia et praxis Ecclesie. Ratio est, quia clerici in minoribus constituti, si se clericaliter sustentare nequeant, libere possunt nubere aliaque negotia secularia exercere. Et hinc concilium Tridentinum prohibet solum ne quis sine titulo ad sacros ordines promoveatur. »

Giraldus tamen, *Expositio juris pontificii juxta recentiore Ecclesie disciplinam*, part. I, sect. 360, merito animadvertit ad decretalem *Non liceat*, cap. 2, de *Præb. et dignitatibus*, « quia statui clericali opprobriosum est quod etiam in minoribus ordinibus constituti mendicant, appellatione clericorum, in dicta decretali, tum in minoribus, cum in majoribus ordinibus constitutos non improprie contineri. Volunt doctores satis communiter cum Glossa hic sub statuto hujusce decretalis indistincte comprehendere omnes clericos; proindeque episcopus debere a principio, hoc est ante ordinationem, servare an etiam in minoribus ordinandi titulum habeant unde congrue vivere possint. »

« Etsi vero esset valde utile ac statui clericali indubie magis decorum hanc dispositionem ubique servare, quia tamen promoti ad non sacros possunt retrocedere, aliter quoad hos consuetudine introductum esse monet Panormitanus, et Ecclesia Romana non consuevit cogere episcopos nisi pro iis qui sunt in sacris ordinibus: quamvis hic Roma, die 25 februarii 1718, præceptum fuerit (facto prius verbo cum Sanctissimo) ac hætenus observatum ut de cætero nemo ex Romanis prima clericali tonsura initiatur, nisi prius per legitima documenta constet eum de patrimonio provisum esse, aut vere intervenire expectativam beneficii, vel capellanæ proxime obtinendæ, omni et qua-

cumque fraude remota, prout testatur Honorante in *Praxi secret. card. vicarii Urbis*, cap. 1, pag. 9, not. v.

« Et quamvis, juxta stylum et laudabilem consuetudinem almæ Urbis patrimonium debeat esse redditus scutorum sexaginta monete romanæ pro sacris ordinibus, solet tamen ab Eminentissimo Vicario, facto itidem verbo cum Sanctissimo, pro prima tonsura admitti in minori summa, dummodo hæc triginta saltem scuta adæquet, ut ibidem notatur. »

Notandum insuper quod Pius PP. VI, per litteras apostolicas sub annulo Piscatoris motu proprio datas sub die 25 junii 1777, prohibuerit ne cui episcopus Melitensis primam tonsuram conferret nisi titulum sustentationis habenti. Quod decretum plane viget, ut videre est in *Collect. in usum S. Congr. episcop. et regularium*, Romæ 1863, pag. 910.

Quoad regulares, juvat hic referre declarationem sequentem:

« Beatissime Pater; archiepiscopus Mexicanus humillime exponit quod Sanctitas Vestra, decreto sacre Congregationis super statu regularium, die 19 martii 1857, præcepit ut novitii, jam sexdecim annorum, etiam expleto novitiatus anno ad normam Tridentini, non alia vota nisi simplicia valeant emittere, dilata emissionem solemnium per triennium, si digni tunc reperti fuerint qui ad professionem admittantur, dummodo ultra vigesimum quintum annum eorundem ætatis non protendatur. Ex expositis sequentia dubia suborta sunt, quorum solutionem a S. V. obsequiosissime exoptat:

« I. Possuntne novitii, post emissa vota simplicia, ante emissionem solemnium ad sacros ordines promoveri titulo paupertatis, non obstante constitutione *Romanus* S. Pii V, die 12 nov. anni 1568 in lucem edita?...

« Ex audientia Sanctissimi habita a D. Secretario S. Congr. super statu regularium sub die 20 ja-